



Fortitudines & fortuna Planetarum, & domorum
cœli in Reuolutione hac.

Saturnus debilis est.

Iupiter fortis.

Mars fortis.

Sol mediocris.

Venus fortis.

Mercurius debilis.

Luna fortis.

Cuspides domorum damnatæ XI, V, VIII, III, VI, IX. Saluæ sunt reliquæ
remotis ab earum initijs malignis stellarum radijs.

Alfridaria est Mercurij, & Martis, significat autem quòd rixabitur cum uili-
bus hominibus, & recedet ab eis, ibit ad magnos uiros nobiliores se, ibit de una an-
xietate in aliam, & euadet ab omnibus, uincet inimicos, & aduersarios suos, faciet
longum iter &c.

Chronocratores, Venus & Luna, omnia foelicitatis genera præstabunt mulie-
rum patrociniò, à populo honores, uxorem quoq; & prolem dabit formosam, lucro-
rum copiosa præsidia, claros honores, & omnia bona ex hijs assidua foelicitate de-
cernit.

Dominus orbis est Sol, qui gubernat domum quartam radicis, qui quamuis sit
cadens in hac reuolutione, est tamen fortis in radice in sua exaltatione, significat igitur
significata quartæ domus foelicia per hanc reuolutionem.

Nn ij Pro